



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CCXXVI. Claus Ritter und Rudloph Knappe, Gebrüder von Bißbarm auf Burgstal, resigniren dem Markgrafen Jobst den Zenten in Röre für das Domstift, am 4. April 1400.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

tiis suis unacum eadem Prepositura exempta ei sedi predicte immediate subjecta foret — Datum Rome apud Sanctum petrum, II. Id. Decembris, Pontificatus nostri anno vndecimo. (Gerlacus.)

CCXXV. Heinrich von Altmerleben überläßt zu seiner Gedächtnißfeier dem Domstifte einige Ländereien bei der Stadt Seehausen, am 26. März 1400.

— Ego hinricus Altmerfleue, Beneficiatus perpetuus Cappelle sancti Michahelis in Ecclesia sancti nicolai in Stendal, speciali deuotione affectus ad diuinum cultum pro modico posse meo ampliandum, dominis meis Canonicis in Stendal Ecclesie sancti nicolai do, assigno penitus ac libere resigno vnam quartam ac dimidiam agri vnus mansi siti ante opidum Sehusen Juxta portam pecorum pure propter deum. Propter quod dicti domini mei Canonici vna cum vicariis ecclesie sancti Nicolai predicte et fociis chorum dominorum canonicorum inibi frequentantibus annuatim perpetuis temporibus die, quo commode id fieri poterit, vnum sollempnem memoriam in choro sancti Nicolai vigiliis de vespere et mane sequenti missam pro defunctis cantando — peragant — parentum meorum videlicet Petri de Altmerfleue, Vde uxoris eius legitime et sororis mee Margarete dicte de ghartze animarum pro salute, me hinrico de Altmerfleue ante dicto adhuc in humanis perdurante. Spiritu vero meo hinrici antedicti corpore soluto, mei memoriam vna cum parentum meorum antedictorum memoria singulis annis competenti ad hoc tempore conuentualiter peragant —. — Nos vero Thydricus de angheren dei gracia decanus ceterique canonici singuli ecclesie sancti Nicolai presentis dispositionis ordinationem — approbare cupientes, Sigillum Capituli nostri stendalgenis ex certa sciencia nostra literis presentibus appendimus —. Datum Stendal, anno domini Millesimo quadingentesimo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem, in Capitulo nostro generali.

CCXXVI. Claus Ritter und Rudolph Knappe, Gebrüder von Bismark auf Burgstal, resigniren dem Markgrafen Jobst den Zehnten in Rixe für das Domstift, am 4. April 1400.

Illustri principi et nobili domino, domino nostro gracioso, domino Jodoco, Marchioni terre Brandenburgensis, Nicolaus miles et Rudolfus famulus, fratres dicti de Bismarke, residentes in Borchstal, Subieccionem et debitum famulatum. Vestre Magnificencie decimam mansorum, camporum et arearum ad villam Roxe prope Stendal pertinencium, nec non decimam minutam cum duodecim pullis, eidem decime in villa eadem adiacentibus (sic), sicut in feodo a vobis tenuimus et tenemus, dummodo Magnificencia vestra eandem cum pullis adiacentibus eidem decano et Capitulo Ecclesie sancti Nicolai in Stendal graciose curauerit appropriare, et non aliter, presentibus resignamus et duximus resignandam. In cuius rei testimonium sigilla nostra ex nostra certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum Borchstal, anno domini Millesimo Quadingentesimo, dominica qua cantatur in ecclesia Judica.

Das Original ist in zwiefacher Ausfertigung im Archive des St. Nicolaisstiftes befindlich.